Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift





Qui et confirmabit uos usq; in finem sine crimine in die aduentus domini nri ihu xpi. S. Matthin.
Illo t. Accesserunt ad ihm pharisei et interrogauit eum unus ex eis legis doctor temptans eum Magr. qd est mandatum magnum in lege. Ait illi ihs Diliges dnm dm tuum ex toto corde tuo. et in tota anima tua et in tota mente tua Hoc est maximum et primum mandatum Secm aut simile est huic Diliges proximum tuum sicut te ipm. In his duobus mandatis uniuersa lex pendet et ppte Congregatis aut pharisei interrogauit eos ihs dicens Quid vob uidet de xpo. Cui filius est. Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quom g dd in spu uocat eum dnm dicens. dixit dominus dno meo sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si g. dd. uocat eum dnm quom filius eius est. Et nemo potuit respondere ei uerbum neq; ausus fuit quisqm ex illa die eum amplius interrogare. Dom xxi. ad ephesios.
Fratres. Renouamini spu mentis ure et induite nouum hoem qui secm dm creatus est in iustitia et sctate ueritatis. Propter qd deponentes mendacium. loquimini ueritatem unusquisq; cum proximo suo quo sumus inuicem membra